

## AMOS.

## CHAPITRE PREMIER.

Mission d'Amos. Vengeances du Seigneur contre Damas, les Philistins, les Syriens, les Iduméens et les Ammonites.

1. Révelations qu'a eues Amos, l'un des bergers de Thécué, touchant Israël, sous le règne d'Ozias, roi de Juda, et sous le règne de Jéroboam, fils de Joas, roi d'Israël, deux ans avant le tremblement de terre.

2. Le Seigneur irrité rugira du haut de Sion; il fera retentir sa voix du milieu de Jérusalem; les pâturages les plus beaux seront désolés, et le haut du Carmel deviendra tout sec.

3. Voici ce que dit le Seigneur: Après les sceleribus que Damas a commis trois et quatre fois,

CAP. I. — 1. Ante duos annos terræ motus. Ce tremblement de terre fit époque parmi les Juifs, parce qu'il fut terrible, et qu'il eut lieu à l'occasion de l'usurpation des fonctions sacerdotales par Ozias. Joseph raconte qu'au moment où ce prince entreprit d'offrir de l'encens dans le saint lieu, on sentit un violent tremblement de terre qui fit ouvrir le temple par le haut, et qu' alors la moitié de la montagne qui est à l'Occident de Jérusalem, se détacha et roulant dans l'espace de quatre stades, se s'arrêta que par la rencontre de la montagne qui était du côté de l'Orient, ferma le grand chemin et couvrit les jardins du roi. Le P. de Carrières dit que ce tremblement de terre arriva la 23<sup>e</sup> année du règne d'Ozias, et d'autres la 25<sup>e</sup>.

3. Super tribus sceleribus. Cette formule est répétée à l'occasion de chacune des nations dont parle ici le Prophète. C'est une locution familière que l'on emploie pour exprimer un nombre indéterminé. C'est ainsi qu'en français, comme en grec et en latin, on dit trois ou quatre fois: Terque quaterque. — In plaustris ferreis. Ces chariots, aux roues armées de fer, servaient à briser la paille après que le grain était battu. On faisait quelquefois passer sous ces affreuses machines, les hommes qu'on voulait supplicier.

CAP. I. — 1. Verba Amos. Prophetia Amos. — Qui fuit in pastoribus. Qui fuit ex oppido Thecué, ex numero pastorum qui in solitudine illa versantur. — De Thecué. Oppidum erat Judææ sex millibus passuum distans a Bethloem — Que vidit. Cognovit revelatione divina. — Super Israel. Ad Israel pertinentia. — In diebus Ozia. Qui alio nomine dicitur Azarias. — Et in diebus Jeroaboam. Hic Jeroaboam non est filius Nabath, qui peccare fecit Israel erectis vitulis aureis, sed filius Joas filii Joathan, filii Jehu, ac consequenter pronepos ejusdem Jehu, sub quo Jeroaboam prophetarunt etiam Osee et Joel. — Ante duos annos terræ motus. Qui factus est cum Ozias rex Juda sacerdotale officium usurpare conatus est, et ideo divinitus lepra percussus, II. Paralip., 26, 20. Ita tradunt Hebræi et Josephus, lib. 9, Antiq., c. 11, quos sequitur D. Hieronymus, et fere alii omnes hujus loci interpretes. Salianus tamen, anno mundi 3250, non existimat eodem anno terræ motum accidisse, et Oziam factum leprosum. Vide quo ille disputat loco citato, n. 1 et sequentibus.

2. Dominus de Sion rugiet. Pastoralis sermone vocem Domini terribilem rugitum leonum vocat, ut ait S. Hieronymus: sententia est: Deus qui colitur in Sion, inde quasi leo rugiens exsiliet gravis ulor in hostes suos, id est, in impios, qui ejus cultum et nomen vel idololatria vel aliis sceleribus violarunt. — Lucebunt. Lugebunt. In hebræo est, disperdentur. — Speciosa pastorum. Pascua, per que metaphorice intelligit speciosas urbes, et palatia, æque ac agros et prata Judææ; quasi dicat: Sicut rugiente leone, et regionem aliquam infestam habente, desolantur agri, etc., ita Deo rugiente, per hostes nominis vestri regionem populante, omnia vastabuntur et desolabuntur. — Exsiccatus est vertex Carmeli. Carmelus mons erat fertilissimus, ex quo factum est ut omnis ager aut locus fertilis et amœnus Carmelus appelleretur: significatur ergo peritiam fertilitatem Israel et ejus opes, vel etiam aliarum gentium, contra quas itidem prophetat.

3. Super tribus sceleribus. Sententia est: sunt tria vel quatuor scelera propter que graviter commoveo contra Damasum. Vide dicta Proverb., 6, 16. Non tamen significatur tria aut quatuor tantum Damascenorum fuisse genera peccatorum, propter que illis irasceret Deus; sed numerus definitus ponitur pro infinito, et tria vel quatuor pro multis. — Non convertam eum. Scilicet ad me, ignoscens illi, sed plectam, ut meretur. — Eo quod trituraerint in plaustris ferreis Galaad. Contigit hoc sub Azael rege Syriæ, illamque calamitatem flens prædixit Eliseus, cum ei regnum promitteret. IV. Reg., 8, 12: Civitates, inquit eorum munitas igne succendes, et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et prægnantes divides. Sic David super Ammonitas egit ferrata carpenta, ut habemus II. Reg., 12, 31. Hoc igitur sceleratum Damasci facinus se peculiariter vindicaturum minatur Dominus, illiusque meminit, aliis tacite præteritis. — Galaad. Habitatores Galaad.

4. Verba Amos qui fuit in pastoribus de Thecué; quæ vidit super Israel in diebus Ozia regis Juda, et in diebus Jeroaboam filii Joas regis Israel, a ante duos annos terræ motus. [a Ezech. 14. 5.]

2. Et dixit: a Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam; et luxerunt speciosa pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli. [a Jer. 25. 30. Joel. 3. 16.]

3. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor

non convertam eum, eo quod trituraerint in plaustris ferreis Galaad.

4. Et mittam ignem in domum Azael; et devorabit domos Benadad.

5. Et conteram vectem Damasci; et disperdam habitatorem de campo idoli, et tenentem sceptrum de domo voluptatis; et transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

6. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Gazæ et super quatuor non convertam eum; eo quod transtulerint captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa.

7. Et mittam ignem in murum Gazæ, et devorabit ædes ejus.

8. Et disperdam habitatorem de Azoto, et tenentem sceptrum de Ascalone; et convertam manum meam super Accaron, et peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus.

4. In domum Azael. Azael, roi de Damas, s'était répandu dans le pays de Galaad, sous le règne de Jéhu (IV. Reg., X, 32 et 33), et avait continué ses violences contre Israël, sous le règne de Joachaz, fils et successeur de Jéhu (IV. Reg., XIII, 3, 7, et 22). Il eut pour successeur son fils Bénadab, qui habita dans les palais qu'il avait construits. Jéroboam II, roi d'Israël, sous qui Amos prophétisait, dévasta Damas dont il se rendit maître, et reprit sous les rois de Syrie, tous les pays d'Israël jusqu'au lac Asphaltite (IV. Reg., XIV, 25).

5. Et disperdam habitatorem de campo idoli. D'après l'Hebreu: J'exterminerai de la vallée des idoles, de la vallée d'Aven, ceux qui l'habitent. Cette vallée était près de Balbeck, qui est appelée Baal-Gad dans Josué (XI, 17; XII, 7), et Baalath, au III<sup>e</sup> livre des Rois (IX, 18), Hétopolis, ou ville du Soleil, par les Grecs. Balbeck, bâtie par Salomon, ayant cessé d'appartenir aux Israélites, le culte de Baal prit possession de ces contrées, et c'est à cause du grand nombre de temples d'idoles qui couvraient ce pays, qu'Amos l'appelle la Vallée ou le Champ des idoles. — Transferetur populus Syriæ Cyrenen. Ce pays de Cyr était dans l'Arabie, sur le fleuve Cyrus qui se décharge dans la mer Caspienne. Ce fut Théglath-Phalasar qui, ayant pris Damas, en transféra les habitants dans ce pays (IV. Reg., XVI, 9). Il tua Rasin, roi de Damas, et le royaume de Syrie qui avait commencé sous Rezon (III. Reg., IX, 23), finit sous Rasin après dix générations (Joseph. Antiq., VII, 6). — Dicit Dominus. Amos termine chacune de ses prophéties par ces mots, pour montrer que ce qu'il annonce arrivera certainement.

6. Quod transtulerint captivitatem. Les habitants de Gaza et des autres villes des Philistins énumérées plus loin, n'écoutant que leur haine contre Juda et Israël, applaudirent à l'invasion des Assyriens, et vendirent aux Iduméens ceux d'entre le peuple de Dieu qui s'étaient réfugiés chez eux. Ce fait n'était pas encore arrivé du temps d'Amos, mais il l'annonce et prédit en même temps le châtement de Gaza, qui fut prise par Alexandre le Grand d'abord, ensuite par Juda Machabée (I. Mach., XI, 61), et détruite de fond en comble par Alexandre Jannée. Toutes les autres villes des Philistins désignées au verset suivant, eurent le même sort. Les malédictions d'Amos furent répétées par Jérémie qui avait dit d'Ascalon: Cette ville est dans le silence (Jer., XLVII, 5), et par Sophonie, qui s'écrie: Elle est devenue un désert (Sophon., II, 2).

4. Et mittam ignem. Vel proprium, ut accidit in urbium expugnationibus, cum ignis tectis injicitur; vel metaphorice stragis, cladis et excidii, incendiis more, cuncta depascent. — In domum Azael. Jam enim Azael mortuus erat, et illi Benadad filius successerat. — Domos. Palatia.

5. Vectem Damasci. Vel portas intelligit, que vectibus muniuntur, vel Damascenorum vires, hoc est, duces, milites, arma, etc., quibus se ab adversariis tuebantur. — De campo idoli. Planitie Damasci colendis idola. — Tenentem sceptrum. Regem Damasci. — De domo voluptatis. Scilicet disperdam, Damascum et ejus planitiam domum voluptatis appellat, quia amœnissima erat et lætissima. — Transferetur populus Syriæ Cyrenen. Non est sermo de Cyrene quæ est in Africa, sed de alia quæ est in Media, in quam Damascenos a se victos Assyrii transtulerunt, IV. Reg., 16, 9.

6. Super tribus sceleribus. Vide dicta n. 3. — Gazæ. Prophetat in Palestinos, quorum quinque erant satrapie et civitates præcipuæ; quatuor hic recensentur, quinta erat Geth. — Captivitatem perfectam. Omnes quos ex Judæis captivos duxerat, nemine dempto, transtulerunt et vendiderunt in Idumæam, ut longius abessent a patria, et hostilius tractarentur. \* Ex hebræo aliqui vertunt, captivitatem pacificam, captivos scilicet qui nihil hostile machinabantur. Quando hanc captivitatem ex Judæa abduxerint Philisthæi, nec ex Scriptura liquet, nec ex Josepho.

7. Et mittam ignem. Vide dicta n. 4; hæc enim eodem modo explicanda sunt.

8. Et disperdam. Azotum, et Accaron, et Ascalonem disperdam cum principibus et civibus suis. — Reliqui Philisthinorum. Geth et minora oppida, ut D. Hieron. interpretatur.

je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre lui; parce qu'il a fait passer des chariots armés du fer sur Galaad.

4. Je mettrai le feu dans la maison d'Azaël; et les palais de Bénadad en seront consumés.

5. Je briserai la force de Damas; j'exterminerai du champ de l'idole ceux qui l'habitent; je chasserai celui qui a le sceptre à la main, de sa maison de plaisir; et le peuple de Syrie sera transporté à Cyrène: c'est le Seigneur qui l'a dit.

6. Voici ce que dit le Seigneur: Après les crimes que Gaza a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre ses habitants: parce qu'ils se sont saisis de ceux qui s'étaient réfugiés chez eux, et qu'ils les ont emmenés tous captifs dans l'Idumée.

7. C'est pourquoi je mettrai le feu aux murs de Gaza, et il réduira ses maisons en cendre.

8. J'exterminerai d'Azot ceux qui l'habitent, et d'Ascalon celui qui porte le sceptre: j'appesantirai encore ma main sur Accaron, et je ferai périr les restes des Philistins: c'est le Seigneur Dieu qui l'a dit.

9. Voici encore ce que dit le Seigneur : Après les crimes que Tyr a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre ses habitants ; parce qu'ils ont livré tous les captifs aux Iduméens, sans se souvenir de l'alliance qu'ils avaient contractée avec leurs frères.

10. C'est pourquoi je mettrai le feu aux murs de Tyr ; et il réduira ses maisons en cendre.

11. Voici ce que dit le Seigneur : Après les crimes qu'Edom a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre lui, parce qu'il a persécuté son frère avec l'épée, qu'il a violé la compassion qu'il lui devait, qu'il n'a point mis de bornes à sa fureur, et qu'il a conservé jusqu'à la fin le ressentiment de sa colère.

12. Je mettrai le feu dans Theman ; et il réduira en cendre les maisons de Bosra.

13. Voici ce que dit le Seigneur : Après les crimes qu'ont commis trois et quatre fois les enfants d'Ammon, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre eux, parce qu'ils ont fendu le ventre des femmes grosses de Galaad, pour étendre les limites de leur pays.

14. C'est pourquoi je mettrai le feu aux murs de Rabba, et ce feu étant embrasé par un tourbillon de vent, en consumera les maisons, dans l'horreur du combat, parmi les cris des ennemis, et l'épouvante de ses habitants.

15. Melchom sera emmené lui-même captif avec les princes : c'est le Seigneur qui l'a dit.

12. *Mittam ignem in Theman.* L'accomplissement de cette prophétie eut lieu aussi sous les Machabées. Juda pénétra dans l'Idumée et subjuguait tout le pays (I. Mach., V, 3).

15. *Et ibit Melchom.* On trouve à peu près la même prédiction dans Jérémie (XLIX, 3).

9. *Super tribus.* Vide dicta n. 4. — *Concluserint captivitate perfectam.* Vide dicta n. 6. Hujus captivitatis nulla mentio in sacris Litteris, nec in Josepho. Probabile est tunc accidisse cum Gazens, de quibus n. 6, captivos abduxerunt Judæos. — *Fœderis fratrum.* Quod ictum est inter Salomonem et Hiram, regem Tyrii, II. Reg., c. 5, adeo ut sese mutuo fratres compellerent, III. Reg., 9, 13; vel quod debuert esse inter fratres, hoc est, inter Jacob et Esau, eorumque posteros Israelitas et Idumæos; quasi dicat: Tyril inter fratres excitarunt odia, Idumæos contra Judæos concitantes, dum eis Judæos in servos venderunt, quod scelus mihi valde displicuit, nec abibit impune.

10. *Mittam ignem.* Vide dicta n. 7 et n. 4. Factum est per Nabuchodonosor, ut prædictum est Ezech., c. 29 et 36, et postea per Alexandrum Magnum, qui Tyrum vi ceperunt, et expugnatam vastarunt.

11. *Super tribus.* Vide dicta n. 3. — *Edom. Idumææ.* — *Fratrem suum.* Filios Israel fratris Esau, quos semper flagrantissimo odio persecuti sunt Idumæi. Psalm. 136, 7, habemus: *Memor esto, Domine, filiorum Edom, in die Jerusalem: qui dicunt: Excinante excinante usque ad fundamentum in ea.* — *Misericordiam ejus.* Ei debitam. — *Ultra. Chald. in perpetuum.*

12. *Mittam ignem.* Vide dicta numero 4. Factum est hoc per Nabuchodonosor et Chaldæos, ut patet Jerem., c. 25, et Ezech., c. 27. — *Theman.* Theman et Bosra nobilissimæ erant civitates Idumæorum.

13. *Super tribus.* Vide dicta n. 3. — *Disseuerit prægnantes Galaad.* Id factum videtur a Naas rege Ammonitarum, tempore Saulis, cum scilicet Naas vastavit Jabes Galaad, I. Reg., 11, licet ibi dissectionis prægnantium mentio non fiat. — *Ad dilatandum terminum suum.* Ut extinctis foetibus Galaaditarum, nullus ex eis superesset, et ita possent Ammonite regionem illam suæ ditioni adjungere.

14. *Succendam ignem.* Hoc est quod jam sæpius repetit, *mittam ignem.* — Vide dicta, n. 4. — *In ululatu.* Tum tubarum ac buccinarum clangentium, tum militum cædentium et castrorum. — *In turbine.* In valido impetu, in horribili hostium incurso. — *In die commotionis.* Cum terri et turbati nescient quo se vertant.

15. *Melchom.* Qui etiam dicebatur Melech et Moloch, deus erat Ammonitarum, speciem habens regis, ut nomen ipsum significat; nam *Melech* idem est quod *rex*, *Melchom* idem quod *rex eorum*. Irridet eorum deum, qui simul ab hostibus capiebatur, nec seipsum defendere poterat. — *Principes LXX habent, sacerdotes et principes,* hoc est, proceres Ammonitarum.

9. Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Tyri, et super quatuor non convertam eum; eo quod concluserint captivitate perfectam in Idumæa, et non sint recordati fœderis fratrum.

10. Et mittam ignem in murum Tyri, et devorabit ædes ejus.

11. Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Edom, et super quatuor non convertam eum; eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, et violaverit misericordiam ejus, et tenuerit ultra furorem suum, et indignationem suam servaverit usque in finem.

12. Mittam ignem in Theman; et devorabit ædes Bosræ.

13. Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non convertam eum; eo quod disseuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum.

14. Et succendam ignem in muro Rabba; et devorabit ædes ejus in ululatu in die belli, et in turbine in die commotionis.

15. Et ibit Melchom in captivitate, ipse et principes ejus simul, dicit Dominus.

## CHAPITRE II.

Vengeances du Seigneur contre Moab, contre Juda et contre Israël. Ingratitude du peuple de Dieu.

1. Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Moab, et super quatuor non convertam eum; eo quod incenderit ossa regis Idumææ usque ad cinerem.

2. Et mittam ignem in Moab, et devorabit ædes Carioth; et morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ;

3. Et disperdam judicem de medio ejus, et omnes principes ejus interficiam cum eo, dicit Dominus.

4. Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Juda, et super quatuor non convertam eum; eo quod abjecerit legem Domini, et mandata ejus non custodierit; deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum.

5. Et mittam ignem in Juda, et devorabit ædes Jerusalem.

6. Et dicit Dominus : Super tribus

1. Voici ce que dit le Seigneur : Après les crimes que Moab a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre lui, parce qu'il a brûlé les os du roi d'Idumée, jusqu'à les réduire en cendre.

2. Ainsi j'allumerai dans Moab un feu qui consumera les maisons de Carioth, et les Moabites périront parmi le bruit des armes et le son des trompettes.

3. Je perdrai celui qui tient le premier rang dans ce royaume; et je ferai mourir avec lui tous ses princes, dit le Seigneur.

4. Voici encore ce que dit le Seigneur : Après les crimes que Juda a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre lui; parce qu'il a rejeté la loi du Seigneur, et qu'il n'a point gardé ses commandements : car leurs idoles les ont trompés, ces idoles après lesquelles leurs pères avaient couru.

5. C'est pourquoi je mettrai le feu dans Juda, et il réduira en cendre les maisons de Jérusalem.

6. Voici ce que dit le Seigneur : Après les

CAP. II. — 1. *Super tribus sceleribus Moab.* Ce chapitre n'est qu'une continuation du précédent. Le Prophète emploie la même formule qu'il applique à Moab, à Juda et à Israël, comme il l'a appliquée à Damas, aux Philistins, aux Tyriens, aux Iduméens et aux Ammonites, auparavant.

2. *Ædes Carioth.* Carioth était une des villes principales de Moab. La capitale de ce pays se nommait Rabbath comme la capitale du pays des Ammonites. On les distinguait par le nom du peuple dont elles étaient les métropoles. Ainsi il y avait Rabbath-Ammon et Rabbath-Moab. L'emplacement de cette dernière ville a été retrouvé en 1806 par Sutzen, puis visité par Burckhardt et quelques autres. Amos n'est pas le seul des prophètes qui annonce la ruine de ce malheureux pays. Sophonie (II, 9) et Jérémie (XLVIII) prononcent de terribles malédictions contre les Ammonites et les Moabites qui s'étaient rendus coupables par leur haine contre le peuple de Dieu, par leur orgueil, leur violence et leur cruauté.

4. *Deceperunt enim eos idola sua.* L'idolâtrie est toujours le crime principal que Dieu reproche à son peuple. Il l'avait choisi pour être le dépositaire de la vérité, le gardien et le conservateur des traditions primitives. En se jetant dans l'idolâtrie il a été infidèle à sa mission, et en donnant sa confiance aux faux dieux, il a irrité le Seigneur qui est nécessairement un Dieu jaloux.

5. *Mittam ignem in Juda.* Cette prophétie eut son accomplissement, d'abord sous Nabuchodonosor, qui mit le feu au temple de Jérusalem et extermina la ville, et ensuite sous les Romains, où Tite renouela les mêmes malheurs. Mais alors Dieu ne se chargea plus de rétablir sa nation. Sa première mission était remplie. Elle devait être dispersée, comme elle l'est maintenant, pour rendre témoignage à Jésus-Christ.

6. *Vendiderit justum pro argento.* Ce reproche s'adresse surtout aux juges d'Israël, dont la justice était devenue vénale, et qui, pour de l'argent, condamnaient l'innocence et opprimaient le faible et le pauvre.

CAP. II. — 1. *Super tribus.* Vide dicta superiori capite, n. 3. — *Eo quod incenderit ossa.* Regis Idumææ, qui cum Joram et Josaphat contra eos pugnavit, IV Reg., c. 3, sævitiam suam etiam post mortem in eum expromentes; licet hoc non habeamus ex Scriptura vel Josepho, constat tamen factum ex hoc loco.

2. *Mittam ignem.* Vide dicta superiori capite, n. 4. — *Carioth.* Vox *Carioth* significat *civitates*; quare non desunt qui putant esse nomen appellativum, non proprium. Melius tamen vulgatus interpret et alii existimant esse nomen proprium urbis, et metropolis Moab; sic enim accipit Jerem., 48, 24. Fortasse hæc urbs ab amplitudine dicta est Carioth, quod suo complexu magnum populi numerum contineret, qui pluribus urbibus constituendis satis esset : tales urbes sunt Constantinopolis, Parisii, Ulyssippo. — *Morietur in sonitu.* Alii vertunt, *in fremitu*; quasi dicat : In strepitu horriso expugnationis urbis Carioth et cæterarum morientur Moabites. — *In clangore tubæ.* Tubis clangentibus, armis personantibus, hostibus vociferantibus.

3. *Judicem.* Regem.

4. *Super tribus.* Vide dicta superiori capite, n. 3.

5. *Mittam ignem.* Vide dicta superiori capite, n. 4.

6. *Quod vendiderit pro argento justum.* Quod minimo pretio corrupti, quo vix calcei emanantur, justitiam quæ pro innocente et paupere stabat, vendiderint, accepta a divitibus mercede iniquitatis. Bene hæc conveniunt Judæis Christum pretio triginta denariorum vendentibus. — *Pro calcamentis.* In hebreo est duale, *nahalaim*, id est, pro duobus calcibus. Italice dici-mus : *Per un paio di scarpe.*

crimes qu'Israël a commis trois et quatre fois, je ne changerai point l'arrêt que j'ai prononcé contre lui; parce qu'il a vendu le juste pour de l'argent, et le pauvre pour les choses les plus viles.

7. Ils brisent contre terre la tête des pauvres, ils traversent toutes les entreprises des faibles: le fils et le père se sont approchés d'une même fille pour violer mon saint nom.

8. Ils ont fait festin près de toutes sortes d'autels; et assis sur les vêtements donnés en gage; ils ont bu aussi dans la maison de leur Dieu le vin de ceux qu'ils avaient condamnés injustement.

9. Cependant c'est moi qui, à leur arrivée dans la Palestine, ai exterminé les Amorrhéens, ce peuple dont la hauteur égalait celle des cèdres, et qui était fort comme des chênes: j'ai écrasé tous les fruits qui étaient sur ses branches, et j'ai brisé dans la terre toutes ses racines.

10. C'est moi qui vous ai fait sortir de l'Égypte, et qui vous ai conduits dans le désert pendant quarante ans, pour vous faire posséder la terre des Amorrhéens.

11. De vos enfants je me suis fait des prophètes; et de vos jeunes hommes, des Nazaréens: enfants d'Israël, ce que je dis n'est-il pas vrai? dit le Seigneur.

12. Et vous avez présenté du vin aux Nazaréens; et vous avez dit hardiment aux prophètes: Ne prophétisez point.

13. Ma colère va éclater avec grand bruit sur

7. *Ut violarent nomen sanctum meum.* En l'exposant, dit le P. de Carrières, aux blasphèmes des nations, qui s'imaginent que j'approuve ces désordres, ou que je suis trop faible pour les punir.

8. *Et super vestimentis pignoralis.* Ces vêtements donnés en gage, pouvaient être de première nécessité aux pauvres. La loi voulait qu'on les rendit avant le coucher du soleil (Ec., XXII, 26; Deut., XXIV, 13), pour ne pas exposer le pauvre à en être privé pendant la nuit.

9. *Et contrivi fructum ejus.* En d'autres termes: J'ai exterminé entièrement la race de ce peuple de géants, et j'en ai détruit jusqu'à la racine.

12. *Et propinabitis Nazaræis vinum.* Vous avez cherché à les corrompre en leur faisant violer leur vœu.

13. *Sicut stridet plaustrum.* Amos est un berger; il prend ses comparaisons dans les objets qu'il avait habituellement sous les yeux. C'est un de ses mérites littéraires.

7. *Conterunt.* In Hebræo est, *conculcant*, opprimunt tyrannice, conculcant et pessumdant. — *Viam humilium declinant.* Humiles viatores vi opprimunt, vel manus illis injicientes, vel jus eorum violantes, sicque illos declinant, id est, deorsum inclinant, prosternunt et conculcant: simile est illud Job., 24, 4: — *Subverterunt pauperum viam, et oppresserunt pariter mansuetos terræ.* — *Ad puellam.* Eandem, socer ad nurum: \* quale scelus nec inter gentiles bene moratos auditur, teste D. Paulo I. ad Corinth., 5, 1. Vel loquitur de soluta et meretrice, cum qua uterque, pater scilicet et filius, consuetudinem habeant. — *Ut violarent nomen sanctum meum.* Ex quo factum est ut violaretur eorum causa nomen sanctum meum; qui enim talia peccant, exponunt illud infamie et ludibrio gentilium impuritatem Israelitarum detestantium.

8. *Super vestimentis pignoralis.* Re pignori tradita, que usu consumitur, uti non licet ei apud quem deposita est. Hoc impii hi cultores idolorum peccabant, sed etiam gravius, quia vestes pignori sponte traditæ non erant, sed ereptæ cultum idolorum recusantibus, ut, illis dividendis, ex pretio victimæ compararentur et epulum instrueretur. — *Juxta omne altare.* Idolorum. — *Vinum damnatorum bibebant.* LXX, *vinum de calumniis bibebant.* Chald., *bibebant vinum rapinæ*, expressum nimirum ex oppressione et conculcatione pauperum. — *In domo Dei sui.* Pagninus et Vatablus vertunt, *in domo deorum suorum.*

9. *Exterminavi Amorrhæum.* Amovi nationes fortes que terram vobis promissam tenebant. Amorrhæi tenebant terram Galaad, et cæteris Chananeis prestantibus opibus et fortitudine; ideo soli memorantur. — *Altitudo cedrorum.* Hyperbole. — *Contrivi fructum ejus.* Omnino perdidit, penitus everti, instar cedri, cujus tam sursum rami, quam deorsum radices succiduntur.

11. *Suscitavi de filiis vestris in prophetas.* Filios vestros implevi spiritu prophetiæ. *Et de juvenibus vestris nazaræos.* Domino consecratos, quod merito inter magna beneficia commemorat. De Nazaræis vide dicta Num., cap. 6.

12. *Et propinabitis Nazaræis vinum.* Quod illis prohibetur lege. Num., c. 6, n. 3. — *Ne prophetetis.* Veritatis et comminationum prophetiarum impatientes.

13. *Stridebo subter vos.* Accommodat se loquenti propheticus spiritus, et quia Amos pastor erat, e medio rure petit similitudines. Optimè S. Hieronymus. *Idcirco*, inquit, *sicut plau-*

sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum; pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calcamentis.

7. Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, et viam humilium declinant; et filius ac pater ejus ierunt ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum.

8. Et super vestimentis pignoralis accubuerunt juxta omne altare; et vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.

9. a Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum; cujus altitudo, cedrorum altitudo ejus, et fortis ipse quasi quercus; et contrivi fructum ejus desuper, et radices ejus subter. [a Num. 21. 24. Deut. 2. 24.]

10. a Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Ægypti, et duxi vos in deserto quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi. [a Exod. 14. 21. Deut. 8. 2.]

11. Et suscitavi de filiis vestris in prophetas, et de juvenibus vestris Nazaræos; numquid non ita est filii Israel, dicit Dominus?

12. Et propinabitis Nazaræis vinum; et prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis.

13. Ecce ego stridebo subter vos,

sicut stridet plaustrum onustum feno.

14. Et peribit fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus non salvabit animam suam.

15. Et tenens arcum non stabit, et velox pedibus suis non salvabitur; et ascensor equi non salvabit animam suam;

16. Et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

vous, comme les roues d'un chariot crient sous la pesanteur d'une grande charge de foin.

14. En vain celui qui court le mieux prendra la fuite; le plus vaillant ne sera plus maître de son cœur; et le plus fort ne pourra sauver sa vie.

15. Celui qui combattait avec l'arc tremblera de peur: le plus vite à la course n'échappera point: le cavalier ne se sauvera point avec son cheval.

16. Et le plus hardi d'entre les braves s'enfuira tout nu en ce jour-là, dit le Seigneur.

### CHAPITRE III.

Reproches et avertissements du Seigneur. Ses vengeances sur Samarie et sur le royaume des dix tribus.

1. Audite verbum quod locutus est Dominus super vos, filii Israel; super omnem cognationem quam eduxi de terra Ægypti, dicens:

2. Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ; idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.

3. Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?

4. Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?

5. Numquid cadet avis in laqueum terræ absque aucupe? numquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit?

1. Enfants d'Israël, écoutez ce que j'ai dit sur votre sujet, sur vous tous, qui êtes ce peuple né d'un même sang, que j'ai fait sortir de l'Égypte.

2. Je n'ai connu que vous de toutes les nations de la terre, c'est pourquoi je vous punirai de toutes vos iniquités.

3. Deux hommes peuvent-ils marcher ensemble, à moins qu'ils ne soient dans quelque union.

4. Le lion rugit-il dans une forêt, sans qu'il ait trouvé de quoi repaître sa faim? le lionceau fait-il retentir sa voix dans sa tanière, sans qu'il soit prêt à se jeter sur sa proie?

5. Un oiseau tombe-t-il sur la terre dans le filet, sans qu'il lui ait été tendu par un oiseleur? ôte-t-on un piège de dessus la terre avant que quelque chose y ait été pris?

CAP. III. — 2. *Tantummodo vos cognovi.* C'était un grand privilège pour Israël, d'avoir été choisi de Dieu entre toutes les nations, comme c'est une grande grâce pour chaque catholique d'être né au sein de l'Église, et d'avoir été nourri dès le commencement, de sa plus pure doctrine. Mais cette grâce oblige, et le Seigneur dit à Israël: « Parce que je vous ai aimé, c'est le motif pour que je vous punisse avec d'autant plus de sévérité. »

5. *Numquid cadet avis.* Par ces comparaisons, le Prophète rappelle à Israël que rien n'arrive par hasard, mais que tout est dirigé par la Providence de Dieu qui voit tout, et qui règle tous les événements. Israël va être châtié, mais le Seigneur l'en a prévenu d'avance par ses prophètes. Il lui a dit quel serait le peuple qui le châtierait, pour lui faire comprendre que c'est par ses ordres que son territoire a été envahi. Il l'en a averti pour le détourner du mal qui attire sur lui le châtiement.

*strum stipulæ vel feni onere prægravatum stridore et sonitu longe exululat; sic ego peccata vestra ultra non sustinens, et quasi stipulam tradens incendio, clamabo et dicam: Peribit fuga a veloce, etc.*

14. *Peribit fuga a veloce.* Tunc nec veloces fugere poterunt; nec fortes pugnare. — *Animam suam.* Vitam suam.

15. *Non stabit.* Hostium impressionem sustinere non poterit.

16. *Robustus corde inter fortes.* Viri fortes tam corpore quam animo non sustinebunt hostium impetum, sed cadent animis, et projectis armis, terga vertentes, aufugient.

CAP. III. — 1. *Audite verbum.* Cæteris nationibus omissis ad Israel convertit sermonem, licet etiam ad Judam loqui probet D. Hieronymus, ex illo: *Super omnem cognationem quam eduxi de terra Ægypti.* — *Super vos.* Ad vos pertinens. — *Cognationem.* Familiam, gentem. LXX vertunt, *tribum.*

2. *Tantummodo vos cognovi.* Vos solos elegi, quibus beneficerem, ut populo peculiari. — *Idcirco visitabo.* Puniam, tum quia graviore supplicio digni estis, tum ut per poenitentiam ad me revertamini.

3. *Numquid ambulabunt?* Non possumus simul ambulare ego et vos, cum a voluntate mea recedatis; ideo relinquam et abjiciam vos.

4. *Numquid rugiet leo?* Leo rugit cum famescit, et etiam cum jam prædam captam habet in postestate: de hoc rugitu, capta præda, loquitur propheta; et sensus est: cum leo rugit, prædam jam tenet, et dilacerare parat; ita Deo vobis comminante, et quasi rugiente, existimate jam prope adesse cladem et stragem populi vestri.

5. *Numquid cadet avis?* Sicut avis non capitur laqueo, nisi aucupe laqueum posuerit; ita et vos capieminus ab hostibus, non alio id agente quam Deo, qui Assyrios quasi laqueum vobis posuit. — *Numquid auferetur.* Sicut laqueus ab aucupe aut venatore non tollitur, donec aves aut feras illaqueaverit; ita ego Assyrios et Samaria non expellam aut dimittam, donec eam ceperit et vastarent.

6. La trompette sonne-t-elle dans la ville, sans que le peuple soit dans l'épouvante? et y arrivera-t-il quelque mal qui ne vienne pas du Seigneur?

7. Car le Seigneur Dieu ne fait rien sans avoir révélé auparavant son secret aux prophètes, ses serviteurs.

8. Le lion rugit, qui ne craindra point? Le Seigneur Dieu a parlé, qui ne prophétisera point?

9. Faites entendre ceci dans les mains d'Azot, et dans les palais d'Égypte : dites à ces peuples : Assemblez-vous sur les montagnes de Samarie, et voyez les folies sans nombre qui s'y font et de quelle manière on opprime au milieu d'elle les innocents par des calomnies.

10. Ils n'ont su suivre la justice, dit le Seigneur; et ils ont amassé dans leurs maisons un trésor de rapines et d'iniquités.

11. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : La terre d'Israël sera foulée : elle sera environnée de gens de guerre : on vous ôtera toute votre force, et vos maisons seront pillées.

12. Voici ce que dit le Seigneur : De tous les enfants d'Israël qui vivent à Samarie dans les délices et dans la mollesse de Damas, s'il en échappe quelques-uns, ce sera comme lorsqu'un berger arrache de la gueule du lion les deux cuisses et le bout de l'oreille d'une brebis.

8. *Leo rugiet.* Ce verset, dit l'abbé Glaire, nous offre un bel exemple de sublime : « Le lion a rugi, qui en frémerait de crainte! Le Seigneur Jehova a parlé, qui oserait ne pas annoncer ses oracles! » Tout traducteur est impuissant à rendre la beauté que présente cette exclamation dans l'original.

12. *Duo crura aut extremum auriculæ.* Oh trouver une image plus vive et plus forte, pour peindre cet état d'Israël réduit à des débris informes, dont il n'est plus possible de faire le moindre usage!

6. *Si clanget tuba.* Clangente tuba terrentur cives, et concutiuntur formidine instantis hostis; at vos minaces Dei voces nihil commovent. — *Si erit malum.* Nolite in alias causas referre calamitates vestras; nihil vobis mali accidit, quod Deus iratus non immiserit.

7. *Quia non facit Dominus.* Non est malum in civitate quod non faciat Dominus, quia ipse omnia mala civitati eventura prius revelat prophetis, et per eos illa se civitati mox inflicturum comminatur, ut cum viderint omnes ea que predicta sunt evenisse, intelligant eorum auctorem fuisse Dominum. — *Verbum.* Rem.

8. *Leo rugiet, quis non timebit?* Quanto ergo magis timendus est Deus iratus et minax! — *Deus locutus est, quis non prophetabit?* Cum Deus nos prophetas mittat, jubeatque prophettare, silere non possumus.

9. *Auditum facite in ædibus Azoti.* Qui me auditis, vocate Palestinos et Ægyptios, ut sicut testes fuerunt meorum erga hunc populum beneficiorum, ita videant ejus supplicia; populusque meus rebellis et contumax gravius doleat, videns se hostium oculis in probrum et ludibrium exponi. Videant ergo inflicta supplicia; sed prius animadvertant quam gravia fuerint populi peccata, ut intelligant quam merito irascant. — *Insanias multas.* Furorem quo rapiuntur in idololatriam et peccata. — *Calumniam patientes.* Oppressos, ut est in hebræo. — *In penetralibus ejus.* In medio ejus, ut vertunt Pagninus et Vatablus, scilicet Samarie.

10. *Thesaurizantes iniquitatem.* Iniquas opes, per iniquitatem et per rapinam partas. Qui, ut dicitur, ditescunt per fas et nefas.

11. *Tribulabitur, et circuetur.* Cingetur obsidione omni parte ab Assyriis, ne quis effugiat. — *Fortitudo tua.* Opes tue, in quibus robur tuum esse putabas.

12. *Quomodo si eruat pastor.* Paucissimi liberabuntur; atque il ignobiliores et viliores quos hostis interficere non dignabitur quodammodo si ex ore leonis pastor eruat ovis reliquias auricularum, verbi gratia, aut crura, quæ nullius momenti sunt, et pene ipse leo ultro relicturus erat. Ecce Amos, utpote pastor, crebro a re pastoritica et rustica peti similitudines. — *In plaga lectuli.* Pagninus et Vatablus vertunt, in angulo lecti. Sensus videtur esse : pauci Israelite habitantes in Samaria et in ea secure quasi in lectulo aut angulo lectuli a turbis semoto quiescentes, eruentur a clade Assyriorum. Itaque plaga lectuli idem est quod regio quietis et securitatis; non enim accipitur plaga pro vulnere aut percussione. Vel sensus est : cladem Assyriacam pauci effugient, scilicet si duntaxat qui post lectum in angulo se absconderint, aut ægroti qui in lectis decumbentes sua regraditudine Assyrios ad misericordiam, movebunt ut his parcant; quas dicat : Assyrii parcent soli miseris et invalidis, repugnare non valentibus; \* his nimirum qui habitant in plaga lectuli, id est, in lectulo plagato, id est, assumptis et contentibus rescrito. Italice dicimus, *rappesato.* — *Et in Damasci grabato.* Sicut Samariam lectum, sic Damascum vocat grabatum; quia Israelite vexati ab Assyriis miseri et afflicti confugebant Damascum, ibique quasi ægri in lecto securi quiescebant, sequo recreabant. \* Vel sensus est : soli pauperes, ægri et miseri qui in finibus Samarie et Damasci sub contentibus deprehenduntur, pro reliquis relinquantur ibidem ab Assyriis tantæ cladi superstitibus.

6. Si clanget tuba in civitate, et populus non expavescet? si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit?

7. Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas.

8. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?

9. Auditum facite in ædibus Azoti, et in ædibus terræ Ægypti; et dicite : Congregamini super montes Samarie, et videte insanias multas in medio ejus, et calumniam patientes in penetralibus ejus.

10. Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem et rapinas in ædibus suis.

11. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Tribulabitur, et circuetur terra; et detrahatur ex te fortitudo tua, et diripientur ædes tue.

12. Hæc dicit Dominus : Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ; sic eruentur filii Israel qui habitant in Samaria in plaga lectuli, et in Damasci grabato.

13. Audite, et contestamini in domo Jacob, dicit Dominus Deus exercituum :

14. Quia in die cum visitare cæpero prævaricationes Israel, super eum visitabo, et super altaria Bethel; et amputabuntur cornua altaris, et cadent in terram.

15. Et percussam domum hiemalem cum domo æstiva; et peribunt domus eburnæ, et dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

13. Ecoutez ceci, et déclarez-le publiquement à la maison de Jacob, dit le Seigneur, le Dieu des armées.

14. Dites-lui qu'au jour où je commencerai à punir Israël pour les violements de ma loi, j'attendrai aussi ma vengeance sur les autels de Béthel, les cornes de ces autels seront arrachées et jetées par terre.

15. Je renverserai le palais d'hiver et le palais d'été : les chambres ornées d'ivoire périront, et une grande multitude de maisons sera détruite, dit le Seigneur.

## CHAPITRE IV.

Menaces contre les femmes d'Israël. Fléaux dont Israël n'a pas profité. Vengeances du Seigneur. Retour du peuple à lui.

1. Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ estis in monte Samarie, quæ calumniam facitis egenis, et confringitis pauperes; quæ dicitis dominis vestris : Afferte, et bibemus.

2. Juravit Dominus Deus in sancto suo; quia ecce dies venient super vos, et levabunt vos in contis, et reliquias vestras in ollis ferventibus.

3. Et per aperturas exhibitis altera contra alteram, et projiciemini in Armon, dicit Dominus.

1. Ecoutez ceci, vaches grasses de la montagne de Samarie, qui opprimez les faibles par la violence; qui réduisez les pauvres en poudre, et qui dites à vos seigneurs : Apportez, et nous boirons.

2. Le Seigneur Dieu a juré par son saint nom, qu'il va venir un jour malheureux pour vous, que l'on vous enlèvera avec des crocs : et on mettra ce qui restera de votre corps dans des chaudières bouillantes.

3. On vous fera passer par les brèches des murailles, l'une d'un côté et l'autre de l'autre; et l'on vous jettera dans le pays d'Armon : c'est le Seigneur qui l'a dit.

14. *Et super altaria Bethel.* Ce renversement de l'autel de Béthel, et la translation des veaux d'or, auxquels on sacrifiait sur ces autels, avait déjà été annoncée par Osée (VIII, 5).

